Inde infantes garriunt familia perstre
pit liberi ab osculis liberi ab ore depen
dent. Computantur sumptus impendia praepa
rantur. Hinc cocorum accincta manus car
nes terit. hinc textricum turba conmur
murat. Nuntiatur interim virum venire cum
sociis. Illa ad hirundinis modum lustrat
universa penetralia. si torus rigeat
si pavimenta verrerint. si ornata sint
pocula. si prandium praeparatum. Responde
quaeso inter ista ubi sit dei cogitatio?
Et hae felices domus. Ceterum ubi tympa
na sonant. tybia clamitat. lyra gar
rit. cymbalum concrepat. quis ibi dei timor?
Parasitus in contumeliis gloriatur. Ingredi
untur expositae libidinum victimae et tenui
tate vestium nudae inpudicis oculis inge
runtur. His infelix uxor aut laetatur
et perit. aut offenditur et maritus in iurgia
concitatur. Hinc discordia seminarium
repudii. Aut si aliqua invenitur domus in
qua ista non fiant. quae tamen rara avis
est. ipsa dispensatio domus. liberorum edu
catio. necessitates mariti. correctio ser
vulorum. quem non a Christi cogitatione avocent?
Defecerat ait scriptura sarrae muliebria.
post quod dictum ad abraham. Omnia quaecumque
dicit tibi sarra audi vocem eius. quae non est
in partu sub anxietatibus et dolore. quae
deficientibus menstrui cruoris officium
mulier esse desiit. ab Evae maledictione fit
libera. neque est ad virum conversio ei. sed
e contrario vir subicitur ei. et domini ei vox

praecipit. Omnia quaecumque dixerit tibi sar
ra audi vocem eius. Et sic incipiunt va
care orationi. quia quamdiu in coniugio
debitum solvitur orandi praeteritur instantia.
Non negamus viduas. non negamus maritatas
sanctas mulieres inveniri. sed quae uxores
esse desierint. quae in ipsa necessitate
coniugii imitentur virginum castitatem.
Hoc est quod apostolus breviter Christo in se loquens
testatur. Nupta cogitat quae sunt
mundi. quomodo placeat viro. Nobis super
hoc capitulo intellegentiae derelinquens.
Neque tamen alicui necessitatem inponit aut
laqueum. sed ad id quod honestum est suadens. vo
lens omnes esse sicut se ipsum. Et quamquam de vir
ginitate praeceptum domini non haberet quia ultra
hominem est. Et quodam modo inpuden
tis erat adversum naturam cogere. alio
que modo dicere. Volo vos esse quod angeli
sunt. Unde et virgo meliorem mercedem habet dum
id contemnit quod si fecerit non delinquit.
Nihilominus inferens.
Consilium autem do tamquam misericordiam
consecutus a domino ut sim fidelis. Existimo
ergo hoc bonum esse propter instantem necessi
tatem. quia bonum est homini sic esse.
Quae est illa necessitas? Vae praegnanti
bus et nutrientibus in illa die. Ideo silva
succrescit ut postea succidatur. Ideo
ager seritur ut metatur. Iam plenus est
orbis. terra nos non capit. cotidie bella
secant. morbi subtrahunt. naufra
gia absorbent. et nihilominus de



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG · BLB Badische Landes-Bibliothek · HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen · UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation · Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0024